

clesiasticæ, tum quia hoc Tribunal, in omnibus debet lenitatem præferere, tum quia Judex Ecclesiasticus non potest reum occidere, mutilare &c, multo minus ejus ministri, quod limitat *Fermosin. in præcitata allegat. 54. num. 7.*, quando Biruarii essent in tali, & tanto periculo, ut nullatenus possent se liberare, nisi vulnerando, occidendo &c., quia tunc vim vi repellere licet, salvo moderamine inculpatæ tutelæ: *Ricciul. dicto lib. 12. c. 5. num. 15.*, & cum teneantur Biruari ostendere mandatum de capiendo, ei, quem capere volunt, quia cum sit, quid facti, non præsumitur, *l. prohibitorium C. de Jure fisci lib. 10. l. finali, ubi glos. & D.D. C. de exhib. reis l. miss. C. de exact. tribu., Farinac. quæst. 32. num. 31., Ricciul. dicto tract. lib. 12. cap. 2. num. 7. 8.*, ideò omittentes, petiti, deficient in munere suo, eisque resisti potest, ad allegata per *Ricciul. supra cap. 3. n. 9. & cap. 4. n. 17.*, & si excederent mandatū, dicerentur agere sine mādato: *ibidem Ricciul. n. 11.*, ubi n. 16, quod resistit debet esse, cum moderamine, ita ut si sufficiat recursus ad Judicem, non debeat fieri de facto.

15 Sequitur ex prædictis, quod si Biruarii, vel alii exequutores asserant, se habere mandatum, sed non ostendant, non eis fides præstatur, *l. prohibitorium C. de Jure Fisci.*

16 De negligentia Baroncelli, tanto magis dicendum, quod ea sit punibilis, quanto ex contractu est magis obligatus, ita ut non solum puniri possit, officii privatione, sed etiam pœna corporali, si negligentia sit notabilis, & magna, tum in exequendis mandatis Judicis, tum in custodia reorum, quantum ad suum munus spectat.

17 Et licet disputent allegati per *Raynaldum dicto cap. 4. §. 1. ad 4., sub num. 22.*, an propter negligentiam, privandus sit officio Baroncellus, vel alius officialis, qui pro obtinendo officio, pecuniam dedit, ita ut potius dicatur emisse, quam gratuitò obtinuisse officium, & distinguunt; tunc privandum exercitio, & proprietate, si gratuitò officium obtinuit; si verò pretio dato, privandum exercitio, sed non proprie-

tate: *Gabriel. consil. 171. lib. 4. num. 2.*

18 Licet *Spada Consil. Criminal. 88. per totum lib. 1., Merlin., Pignatell. contro. for. cap. 30. num. 4., & seqq.*, alique allegati apud *Raynald.*, supra existiment indistinctè, si-ve gratuitò, si-ve pretio, obtinuerit officium Baroncellus, semper privandum esse officio, tum secundum exercitium, tum secundum proprietatem, quia licet impetrans pecuniam dederit, tamen propriè non dicitur emisse, vel præsumitur malo animo dedisse, undè adhuc consideratur in eo titulus gratuitus.

19 Alii dicunt Baroncellum cogendum esse, vendere officium, & sic servare se indemnem, quo ad pecuniam exbursatam: quod remedium facillè tolleret difficultates.

20 Quæ sententiæ possunt habere locum de facili, ubi delictum Baroncelli consisteret in committendo, ac propterea Doctores loquuntur in casu, quo delicta sint exorbitantia, & exemplaria; si verò in omit-tendo (pro ut nos loquimur) non sic de facili intrabit; attamen si omisso, & negligentia esset magna, & replicata, & ex ea resultaret, boni publici incomodum, & preturbatio, possit etiam esse locus privationi, tam exercitii, quam proprietatis, ac propterea, *Raynald. supra num. 27.* monet, quod si agatur de suspendendo officiali, ab exercitio sui officii, cautè, prudenter, & temperatè, sit procedendum, & causæ sunt benè ponderandæ, & debet audiri Officialis, quia agitur, tum de famæ periculo, tum de burfali dispendio, & potissimum causa debet esse gravis, & delictum tale, quo justificato, Baroncellus esset prorsus officio privandus.

21 In Carnifice, etiam negligentia culpabilis erit, si omittat parare necessaria, pro suo officio exequendo, vel exequi dixerat, alias punibilis esset: *Ricciul. supra cap. 12. num. primo*, vel si omninò exequi recusaret, quia tunc talis omisso, & negligentia esset graviter punibilis, propter notabilem everfionem ordinis, & Justitiæ, ad allegata per eundem, *Ricciul. cap. 13. nu. 2.*

## De Negligentia Canonorum.

## SUMMARI A.

- 1 Canonici ex quo dicuntur à Canone, debent esse diligentiores, in observantia Sacrorum Canonum, & Regularum.
- 2 Non teneri psallere, opinati sunt plures, ita ut per solam præsentiam, lucrentur distributiones.
- 3 Sed teneri psallere, est verior sententia, & Præfectus Chori, tenetur Canonicos negligentes monere.
- 4 Præfectus Chori, non tenetur punire negligentes, in Choro.
- 5 Canonici debent recitare divinum officium in Choro, horis debitis.
- 6 Temporis circumstantia, in recitatione privata officii, ex consuetudine, potuit immutari.
- 7 In privata recitatione, ubi esset culpa, in non servata, temporis circumstantia, hæc esset venialis.
- 8 In Choro psallendum, non tantum voce, sed & corde.
- 9 Canonicus, qui non est in ordine suæ præbendæ, si infra annum negligat, eum ordinem suscipere, plures incurrit pœnas, ibi enumeratas.
- 10 Non tamen esset, ipso Jure privatus Canonice, etiam si haberet adnexam curam animarum.
- 11 Limita, de incurfu pœnarum, justo impedimento excusante.
- 12 In casu negligentia, contra Canonicum, procedendum est, servatis servandis.
- 13 Ex Statuto Capitulari Ferrariae, an Canonicus non existens in ordine suæ præbendæ, & negligens suscipere &c., lucretur, vel amittat, totas, aut in parte, distributiones, licet intersit in Choro, divinis officiis, in casu prædicto, latè discutitur.
- 14 Differentia inter Statutum Capitulare, & Clem. Ut ii de etate, qualitate, & ordin. præf., & num. 15. 16., ita, & inter Concilium Trid., de hac, ordinum, susceptione.
- 15 Pœna imposita Canonico, non suscipienti ordinem, an sint latae, vel ferendæ sententiæ.
- 16 Imposita ex Clem. Ut ii, & à Concilio, sunt latae sententiæ.
- 17 Dispositio Statutaria Capituli, non admittentis Canonice, qui non est in ordine suæ præbendæ, nisi ad medietatem distributionum, non potest dici, pœnalis, sed est declaratio inhabilitatis, ex defectu qualitatis requisitæ.
- 18 Validitas talis Statuti susinetur ex pluribus.
- 19 Ut Canonicus, non suscipiens ordinem suæ præbendæ, privetur medietate distributionum, ad quam per Statutum admittitur, debet servato, Juris, ordine, audiri.
- 20 Auditi, in facto, Canonici, de quibus erat disceptatio, suas exceptiones afferbant, ibi per extensum allegatæ, quæ visæ sunt admittendæ.
- 21 Videbantur culpabiles, ex quo neque curarunt suscipere ordines, in iis habitis ordinationibus, quos ritè potuissent suscipere.
- 22 Nec succurrendum ei, qui culpabiliter, in necessitate se posuit.
- 23 Excusantur tamen ii Canonici, quia adhuc habent remedium extraordinarium, quo mediante, possint in primis ordinationibus habendis in hac civitate, ad requisitum ordinem promoveri.
- 24 Actio contra eos, non est nata, nisi post lapsum ultimæ requisitæ ordinationis, & solvitur difficultas in sequenti numero.
- 25 Per solum possibile remedium, suspenditur actio ad pœnam.
- 26 Ad effectum privandi distributionibus, etiam si privatio esset latae sententiæ, requiritur sententia declaratoria culpabilis omisionis.
- 27 In terminis Concilii Trid., & Clem. Ut ii, diversimodè à prædictis, judicabit Episcopus.
- 28 Canonicus non residens in loco beneficii, qualiter privetur fructibus, ex vi Concilii Trid.
- 29 Qui negligit interesse Capitulo, dum potest, peccat, & ratione gravitatis materiæ, potest esse peccatum mortale.
- 30 Plures possunt concurrere excusationes remissivæ.
- 31 Notabilis est negligentia Canonorum, & valde culpantur, si in voto ferendo, non aperiant sufficienter suam mentem, dum oportet.
- 32 Excusatio, quod ad inutilia non teneatur, & cum tanto incommodo.
- 33 Solvitur ex D. Augustino.
- 34 In ingressu, jurat Canonicus non tacere, quæ faciunt ad utilitatem, & honorem Capituli.



- 37 Canonici in Capitulo se habent tanquam Judices, qui tenentur proferre suam sententiam, quando cuncta sunt disposita.
- 38 Actus inutilis non est, dum exonerant conscientiam suam.
- 39 Votum etiam Junioris Canonici, potest ceteros movere, ut Daniel, qui Junior, omnes Judices, & populum, movit.
- 40 Nec timendum, de incurrendo odio, si modeste afferatur.
- 41 Negligentia Canonici potest esse tanta, in non obediendo suo Prelato, ut mereatur deponi, vel excommunicari.
- 42 Canonici non debent contemnere hoc negligentiae crimen, quia valde pernitiosum evadit, propter malum exemplum.
- 43 Canonici, qui negligit interesse divinis officiis in Choro, non lucratur distributiones.
- 44 Negligentia culpatur, si non emittat professionem fidei, infra duos menses, a die captæ possessionis pacificæ, nec facit fructus suos.
- 45 Coadiutor tamen Canonici, non tenetur ea lege, quia nundum assequutus est beneficium.
- 46 Professio fidei, potest a Canonico fieri, per Procuratorem.
- 47 Negligentia Procuratoris in emittenda fidei professione nocet, Canonico mandanti, secundum aliquos.
- 48 Contrarium verius, quod non noceat.
- 49 Negligentia in emittenda fidei professione, est culpa mortalis.
- 50 Negligentia Canonici, in associando, vel eundo obviam Episcopo accedenti ad Ecclesiam, est culpabilis.
- 51 Tenentur Canonici, speciali modo, sacrarum scripturarum intelligentiam pervestigare.
- 52 Coadiutoris negligentia, præjudicat Coadiuto, & Ecclesie servitio.
- 53 Si Coadiutor sit Pauper, nec dedit fidei iussorem, & negligat interesse divinis officiis, propter interesse Coadiuti, monendus est, sub pena privationis.
- 54 Si verò Coadiutor sit dives, vel habeat idoneum fidei iussorem, tunc si non propter interesse coadiuti, saltem propter servitium Ecclesie, monendus est, ut intersit divinis officiis, sub pena privationis.
- 55 Propterea debet infra annum promoveri ad ordinem sue præbendæ, ut in eo, Ecclesie inserviat.
- 56 Si Coadiutor infra annum, non promoveatur ad ordinem sue præbendæ, amittit medietatem distributionum, & de suo tenetur reficere Coadiutum.
- 57 Nec suffragatur, quod Coadiutus ipse sit in ordine sue Præbendæ.
- 58 Nec relevaret impedimentum, quod ipse, Coadiutor posset tollere.
- 59 Qualiter Coadiutor possit cedere, & renuntiare Coadiutorie.
- 60 Canonici ad consilium vocati, ab Episcopo, non debent simulare, aut dissimulare.
- 61 Consiliarius simulans, aut dissimulans, proditor est, in præjudicium Principis petentis consilium.
- 62 Tenentur Consilarii studere, & memoriæ commendare, quæ faciunt pro recto ferendo consilio; nec ad proprium interesse respicere.
- 63 Negligentia culpantur Canonici in capitulo congregati, si omitterent invocationem Spiritu Sancti.
- 64 Sicuti, si omitterent gratiarum actionem, in fine actionis Capitularis.
- 65 Canonici Penitentiarius tenetur scire, quæ necessaria sunt ad sum minus rectè administrandum, nec sufficit, quod sit Doctoratus, nisi etiam re vera sit doctus.
- 66 Non debet recusare audire penitentium confessiones, dum ad hoc est Institutus.
- 67 Nec debet acceptare Officium Capitulare impeditivum sui muneris.
- 68 Canonici Penitentiarius, non debet abesse eo tempore, quo penitentes fideles, solent frequentius ad Sacramenta, accedere.
- 69 Canonici Penitentiarius in administratione Sacramenti Penitentiae supplet, Vices Episcopi.
- 70 Canonici Theologus speciali, & diligentiori modo, debet incumbere ad studium Sacrarum Scripturarum.
- 71 Studium Sacrae Theologiae, tres habet partes; prima est in Sacra pagina; secunda in Sacris speculationibus; tertia in moralibus.
- 72 Canonici Theologus tenetur publice legere, & docere toto tempore, quo secundum consuetudinem loci, & præscriptum Decretorum Synodali inveniuntur dispositum; omissio autem notabilis, erit culpa gravis, nisi excusetur exceptione.
- 73 Canonici Theologus, ut doceat, & suadeat ceteros, debet ipse se ostendere justitiae, & honestatis amantem, verbis, & factis.

## ARTICULUS VII.

## De Negligentia Canonici.



Canonici, qui dicuntur à Canone, id est regula, vel Statuto, c. 1. dist. 3., eo quod in primitiva Ecclesia, omnes Canonici, cum suo Episcopo, sub certa regula, mensaque communi vivebant, ad tex. in c. dilectissimi 12. q. 1., strictiori Jure, consequenter tenentur diligentius Sacros Canones, ritus, & regulas observare, ex qua obligatione majori, sequitur, quod omissio, & negligentia in eis, gravior erit culpa, quam in ceteris de Clero; tanto magis, quia Canonici mores præ oculis Clericorum positi, ceteros trahunt in exemplum; *Loth. de re benefic. lib. 1. q. 19. nu. 2.*, quod & Concilium Trid. sess. 24. c. 12. de reformat. expressit per hæc verba (cum dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus ad conservandam, augendamque ecclesiasticam disciplinam, fuerint institutæ, ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera, & officio, juvant.)

2 Quæstio satis, inter D. D., agitata est, an Canonici in Choro teneantur psallere canendo, vel potius ad lucrandas distributiones, sufficiat eos esse presentes Choro; nec defuerint, qui scripserint, sufficere eorum præsentiam, etiam si non psallant; immò etiam lucrari, licet presentes in Choro, dum cantantur horæ canonicæ, ipsi dormiant, confabulentur, vel similia peragant, quia per solam præsentiam autorizant, & cohonestant Chorum, ita D. D. allegati per *Dianam p. x. tract. 13. resol. x. in principio*, & per *Barbosam de Canonici, & dignitatibus c. 34. num. 10.*, ubi nu. 12., quod hæc sententia, saltem posset retineri, ubi esset introducta consuetudo non canendi, sed solum interessendi.

3 Verum, ex communiore, & veriori sententia, Canonici negligentes psallere, & canere in Choro, peccant, & distributiones amittunt, ut bene notavit *Barbosa supra n. 9. 13.*, *Diana de resol. x. V. sed si stando*, ubi post plures Doctores allegatos, bene advertit, quod Præfectus Chori, dissimulans hu-

iusmodi defectum, & negligentiam, sit omnium peccatorum reus; sicut Nautæ tribuitur subversio navis, & Præfectus non monendo Canonicos, & beneficiatos, ut cantent, peccat mortaliter, undè, & ejusdem negligentia, in hoc, mortalis est, *Raguz. de officio Canonici in Choro q. 20. num. 3.*, immò quod Præfectus Chori, in prædictis negligens, & qui non præcipit, non canentes punctari, tenetur reficere burfæ communi, distributiones, quas illi non canentes, lucrati sunt, & similiter confabulantes, & dormientes, quod negat *Pasqualig. decis. moral. 84.*, quia ab eo non provenit, quod illi, injuste distributiones recipiant.

Ex quibus clarè colligitur, quale peccatum sit negligentia, Præfecti Chori.

4 Notat tamen *Pasqualig. in decis. moral. decis. 82.*, quod in iis casibus, Præfectus Chori, tenetur corrigere defectus, sed non punire, undè penam non tenetur imponere.

5 In *Clem. Unica de celebrat. Missarum*, inter plura delicta ibi enumerata, & à negligentia Prælatorum non correctæ, ponitur Canonici negligentia, in non recitando horas canonicas, horis debitis, potissimum participando, idèd in §. *ne igitur*, decernitur ibi, nec non ut in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Ecclesiis, horis debitis devotè psallatur; hora autem debita singularum horarum, quæ traditur in Ecclesia occidentali à Divo Hieronimo fuisse assignata, est, ut Matutinum ante aurorâ recitetur, idèdque denominatur (nocturnum) quia noctis tempore debet recitari; prima verò, hora prima post ortum Solis, sic tertia, & sexta respectivè; nona verò in meridie; vespere declinante jam die; completorium verò in sero; quæ horarum divisio, & assignatio consuetudine fuit in Ecclesia recepta; qua propter, quando canones decernunt divinum officium, horis debitis recitandum, talem consuetudinem supponunt, & approbant; negligere autem hujusmodi horarum observantiam, omissio culpabilis est, de qua narrat *B. Petrus Damianus*, quod Sanctus Severinus Con-



- 37 Canonici in Capitulo se habent tanquam Judices, qui tenentur proferre suam sententiam, quando cuncta sunt disposita.
- 38 Actus inutilis non est, dum exonerant conscientiam suam.
- 39 Votum etiam Junioris Canonici, potest ceteros mouere, ut Daniel, qui Junior, omnes Judices, & populum, movit.
- 40 Nec timendum, de incurrendo odio, si modeste afferatur.
- 41 Negligentia Canonici potest esse tanta, in non obediendo suo Prelato, ut mereatur deponi, vel excommunicari.
- 42 Canonici non debent contemnere hoc negligentiae crimen, quia valde pernitiosum evadit, propter malum exemplum.
- 43 Canonici, qui negligit interesse divinis officiis in Choro, non lucratur distributiones.
- 44 Negligentia culpatur, si non emittat professionem fidei, infra duos menses, a die captæ possessionis pacificæ, nec facit fructus suos.
- 45 Coadiutor tamen Canonici, non tenetur ea laque, quia nundum assequutus est beneficium.
- 46 Professio fidei, potest a Canonico fieri, per Procuratorem.
- 47 Negligentia Procuratoris in emittenda fidei professione nocet, Canonico mandanti, secundum aliquos.
- 48 Contrarium verius, quod non noceat.
- 49 Negligentia in emittenda fidei professione, est culpa mortalis.
- 50 Negligentia Canonici, in associando, vel eundo obviam Episcopo accedenti ad Ecclesiam, est culpabilis.
- 51 Tenentur Canonici, speciali modo, sacrarum scripturarum intelligentiam pervestigare.
- 52 Coadiutoris negligentia, præjudicat Coadiuto, & Ecclesie servitio.
- 53 Si Coadiutor sit Pauper, nec dedit fidei iussorem, & negligat interesse divinis officiis, propter interesse Coadiuti, monendus est, sub pena privationis.
- 54 Si verò Coadiutor sit dives, vel habeat idoneum fidei iussorem, tunc si non propter interesse coadiuti, saltem propter servitium Ecclesie, monendus est, ut intersit divinis officiis, sub pena privationis.
- 55 Propterea debet infra annum promoveri ad ordinem sue præbendæ, ut in eo, Ecclesie inserviat.
- 56 Si Coadiutor infra annum, non promoveatur ad ordinem sue præbendæ, amittit medietatem distributionum, & de suo tenetur reficere Coadiutum.
- 57 Nec suffragatur, quod Coadiutus ipse sit in ordine sue Præbendæ.
- 58 Nec relevaret impedimentum, quod ipse, Coadiutor posset tollere.
- 59 Qualiter Coadiutor possit cedere, & renuntiare Coadiutorie.
- 60 Canonici ad consilium vocati, ab Episcopo, non debent simulare, aut dissimulare.
- 61 Consiliarius simulans, aut dissimulans, proditor est, in præjudicium Principis petentis consilium.
- 62 Tenentur Consilarii studere, & memoriæ commendare, quæ faciunt pro recto ferendo consilio; nec ad proprium interesse respicere.
- 63 Negligentia culpantur Canonici in capitulo congregati, si omitterent invocationem Spiritu Sancti.
- 64 Sicuti, si omitterent gratiarum actionem, in fine actionis Capitularis.
- 65 Canonici Penitentiarius tenetur scire, quæ necessaria sunt ad sum minus rectè administrandum, nec sufficit, quod sit Doctoratus, nisi etiam re vera sit doctus.
- 66 Non debet recusare audire penitentium confessiones, dum ad hoc est Institutus.
- 67 Nec debet acceptare Officium Capitulare impeditivum sui muneris.
- 68 Canonici Penitentiarius, non debet abesse eo tempore, quo penitentes fideles, solent frequentius ad Sacramenta, accedere.
- 69 Canonici Penitentiarius in administratione Sacramenti Penitentiae supplet, Vices Episcopi.
- 70 Canonici Theologus speciali, & diligentiori modo, debet incumbere ad studium Sacrarum Scripturarum.
- 71 Studium Sacrae Theologiae, tres habet partes; prima est in Sacra pagina; secunda in Sacris speculationibus; tertia in moralibus.
- 72 Canonici Theologus tenetur publice legere, & docere toto tempore, quo secundum consuetudinem loci, & præscriptum Decretorum Synodali inveniuntur dispositum; omissio autem notabilis, erit culpa gravis, nisi excusetur exceptione.
- 73 Canonici Theologus, ut doceat, & suadeat ceteros, debet ipse se ostendere justitiae, & honestatis amantem, verbis, & factis.

## ARTICULUS VII.

## De Negligentia Canonici.



Canonici, qui dicuntur à Canone, id est regula, vel Statuto, c. 1. dist. 3., eo quod in primitiva Ecclesia, omnes Canonici, cum suo Episcopo, sub certa regula, mensaque communi vivebant, ad tex. in c. dilectissimi 12. q. 1., strictiori Jure, consequenter tenentur diligentius Sacros Canones, ritus, & regulas observare, ex qua obligatione majori, sequitur, quod omissio, & negligentia in eis, gravior erit culpa, quam in ceteris de Clero; tanto magis, quia Canonici mores præ oculis Clericorum positi, ceteros trahunt in exemplum; *Loth. de re benef. lib. 1. q. 19. nu. 2.*, quod & Concilium Trid. sess. 24. c. 12. de reformat. expressit per hæc verba (cum dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus ad conservandam, augendamque ecclesiasticam disciplinam, fuerint institutæ, ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera, & officio, juvant.)

2 Quæstio satis, inter D. D., agitata est, an Canonici in Choro teneantur psallere canendo, vel potius ad lucrandas distributiones, sufficiat eos esse presentes Choro; nec defuerint, qui scripserint, sufficere eorum præsentiam, etiam si non psallant; immò etiam lucrari, licet presentes in Choro, dum cantantur horæ canonicæ, ipsi dormiant, confabulentur, vel similia peragant, & cohonestant Chorum, ita D. D. allegati per *Dianam p. x. tract. 13. resol. x. in principio*, & per *Barbosam de Canonici, & dignitatibus c. 34. num. 10.*, ubi nu. 12., quod hæc sententia, saltem posset retineri, ubi esset introducta consuetudo non canendi, sed solum interessendi.

3 Verum, ex communiore, & veriori sententia, Canonici negligentes psallere, & canere in Choro, peccant, & distributiones amittunt, ut bene notavit *Barbosa supra n. 9. 13.*, *Diana de resol. x. V. sed si stando*, ubi post plures Doctores allegatos, bene advertit, quod Præfectus Chori, dissimulans hu-

iusmodi defectum, & negligentiam, sit omnium peccatorum reus; sicut Nautæ tribuitur subversio navis, & Præfectus non monendo Canonicos, & beneficiatos, ut cantent, peccat mortaliter, undè, & ejusdem negligentia, in hoc, mortalis est, *Raguz. de officio Canonici in Choro q. 20. num. 3.*, immò quod Præfectus Chori, in prædictis negligens, & qui non præcipit, non canentes punctari, tenetur reficere burfæ communi, distributiones, quas illi non canentes, lucrati sunt, & similiter confabulantes, & dormientes, quod negat *Pasqualig. decis. moral. 84.*, quia ab eo non provenit, quod illi, injuste distributiones recipiant.

Ex quibus clarè colligitur, quale peccatum sit negligentia, Præfecti Chori.

4 Notat tamen *Pasqualig. in decis. moral. decis. 82.*, quod in iis casibus, Præfectus Chori, tenetur corrigere defectus, sed non punire, undè penam non tenetur imponere.

5 In *Clem. Unica de celebrat. Missarum*, inter plura delicta ibi enumerata, & à negligentia Prælatorum non correctæ, ponitur Canonici negligentia, in non recitando horas canonicas, horis debitis, potissimum participando, idèd in §. *ne igitur*, decernitur ibi, nec non ut in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Ecclesiis, horis debitis devotè psallatur; hora autem debita singularum horarum, quæ traditur in Ecclesia occidentali à Divo Hieronimo fuisse assignata, est, ut Matutinum ante aurorâ recitetur, idèdque denominatur (nocturnum) quia noctis tempore debet recitari; prima verò, hora prima post ortum Solis, sic tertia, & sexta respectivè; nona verò in meridie; vespere declinante jam die; completorium verò in sero; quæ horarum divisio, & assignatio consuetudine fuit in Ecclesia recepta; qua propter, quando canones decernunt divinum officium, horis debitis recitandum, talem consuetudinem supponunt, & approbant; negligere autem hujusmodi horarum observantiam, omissio culpabilis est, de qua narrat *B. Petrus Damianus*, quod Sanctus Severinus Colonicus.